

n. 122

Plantas de la Sierra de El Toro.

Por D. Carlos Pau.

(Bol. Soc. Arag. C. Nat., t. II [1903], p. 279 et seq.)

1. *Hieracium capillosum* Pau, l. c., p. 286.

Planta ex sectione *Oreadea* Fr., eriopoda, caule ferme 20 cm, crasso, cylindrico, plus minusve toto villosa, basi simplice et nudo, vel uno folio caulinari lanceolato, sessili vel vix amplexicauli. Folia radicalia glauca, superne et inferne lanuginosa, obovata, integra vel subdentata, petiolis lanuginosis. Inflorescentia 2—5-floribus, cum bracteis ad ortum pedunculorum, triangulato-acuminatis vel aristatis, plerumque lanugine occultatis; pedunculis glandulosis, capitulis squamis nigrescentibus, parum glandulosis, longis pilis argenteis vestitis, lanceolato-linealibus et cuspidatis; ligulis luteis et ciliatis.

Hispania: Sierra de El Toro, ad rupem La Juliana.

2. *Hieracium lasiophylloides* Pau, l. c., p. 286 (*H. lasiophyllum* Arv. Touv. ap. Reverchon, sec. Willkomm suppl. p. 122 — non Koch).

Facie ut *H. lasiophyllum* K., sed differt foliis majoribus, pedunculis multo longioribus, bractea caulina sessili, lineari, longa, capitulis majoribus, squama in cuspidem productiore.

Hispania: Sierra de El Toro, rupes ad Rasinero.

n. 123

Plantae novae ex Hispania.

Descripsit Carolus Pau

in „Boletín de la Sociedad Aragonesa de Ciencias Naturales“, II (1903), p. 65 et seq.

1. *Anabasis hispanica* Pau, l. c., p. 66.

A. articulata Webb, non Förskall nec Cav. sub *Salsola*.

Differt staminodiis villositate lanuginosa penitus destitutis.

Hispania: Ad muros Carthaginis novae.

2. *Atriplex serrulata* Pau, l. c., p. 66.

Differt ab *A. Halimo* L. caulibus rubescentibus, spicis leviter foliosis, involuero majore, apiculato, marginibus liberis, serrulatis aut dentatis.

Hispania: Algameca grande, in incultis.

3. *Teucrium calycinum* Pau, l. c., p. 67.

Planta radice perenni, caespitosa, caulibus decumbentibus, inferne ramosis, subtotis simplicibus, tomentosis, 15—20 cm; foliis linealibus, fere planis, marginibus plus minusve reflexis, superne virescentibus; inferne albidis, sessilibus, in medio apicali crenatis; verticillastris in capitulis terminalibus et solitariis spiciformibus, viridibus et cinereis in parte quae ad tubum calicum respondet; calicibus tubuloso-campanatis, dentibus triangularibus et acutis, apice aliquantulum uncinato; corollis albis.

Hispania: Galifa.